

[II p 1]

¹ POST HEC PAULISPER etc. prosa prima libri secundi.

Postquam Philosophia in primo libro sufficienter condicionem et causam morbi Boecii inquisiuit, hic ad eius ² curacionem procedit. Et circa hoc duo facit. Primo enim adhibet quedam remedia lenia que dolorem mitigent et ad remedia ualidiora recipienda ³ preparent. Secundo apponit ualidiora remedia libro tercio ibi (1) IAM CANTUM. Istum enim modum procedendi commendauit libro primo prosa quinta et sexta in fine et uocat leniora remedia rationes sumptas secundum communem usum hominum ad remouendum dolorem. Validiora remedia uocat rationes contra communem opinionem hominum ostendentes quid sit perfectum bonum et in quo situm et qualiter ad ipsum perueniendum. Circa primum duo facit. Primo enim ponit lenia remedia minus mouencia, secundo lenia remedia sed aliquantulum ⁴ magis mouencia prosa quinta ibi SED QUONIAM RACIONUM. Remedia que minus mouent sunt rationes sumpte ex generalibus condicionibus fortune. In moralibus enim sermones uniuersales minus mouent. Unde dicit philosophus secundo ethice, capitulo octauo: In hiis enim que circa ⁵ operationem sermonibus ⁶ uniuersales quidem inaniiores ⁷ sunt

1 Post hec] he dum R / 2 eius curacionem JR / 3 secundo RP in secundo JO /
 4 aliquantulum om. P / 5 operationes O / 6 sermonibus OR sermone J sermones
 PG / 7 inaniiores O in amores JR saniores PPeG /

particulares uero ueriores. Et ideo remedia magis mouencia⁸
sunt rationes sumpte ex consideratione particularium donorum
fortune. Circa primum tria facit. Primo enim ex premissis
colligendo Philosophia statum infirmitatis Boecii describit.
Secundo quod de facili ab hoc statu reuocandus sit ostendit ibi
(9) CUIUS SI NATURAM. Tercio remedia per que reuocatur proponit
ibi (18) SED TEMPUS EST. Dicit ergo primo (1)⁹ OST HEC scilicet
predicta quibus consuluit me depellere passiones animi PAULISPER
OBTICUIT⁹ scilicet ut daret mihi spacium implendi consilium suum
AT UBI¹⁰ id est postquam COLLEGIT ATTENCIONEM MEAM MODESTA
TACITURNITATE ad differenciam taciturnitatis superflue quando
scilicet tacetur ubi est loquendum que est signum doctori non
placens quando scilicet aliquis tantum audit et nichil inde
querit¹¹ uel dicit¹¹; unde ad excludendum hanc taciturnitatem
consueuerunt doctores frequenter requirere auditores super
attencione. De hac dicit Cato:¹²

Nam nimium tacuisse nocet noret esse locutum.

Modesta autem taciturnitas est quando ubi est tacendum tacet et
conuenienti loco loquitur. (2) SIC ORSA EST¹² id est inceptit¹³

2 Dist. 12

8 bonorum P / 9 obtuit P / 10 at ubi Q aut ubi R at nisi J ubi P /
11 querit uel dicit OJ uiderit uel dicit R querit P / 12 exorsa P /
13 id est inceptit RO id est incipit J est quando inceptit P /

SI PENITUS EGRITUDINIS TUE CAUS^AES HABITUMQUE COGNOVI TABESCIS
 DESIDERIO AFFECTUQUE PRIORIS FORTUNE ¹⁴ scilicet ¹⁵ que prosperitatem
¹⁶ tibi ¹⁷ attulit, ea scilicet fortuna mutata quia modo aduersitatem
¹⁷ ¹⁸ attulit ¹⁹ UT TU TIBI FINGIS quia secundum ueritatem mutata non est ²⁰ ²⁰
 ut docebit infra PERVERTIT scilicet de gaudio in tristitiam
 STATUM ANIMI TUI. (6) INTELLIGO ²¹ MULTIFORMES FUCOS id est ²²
 decep²²ciones. Fucus ^{anim²³} est ²⁴ secundum Isidorum, Ethymologiarum 12,
 capitulo de apibus et minutis uolatilibus, ^{est} ²⁵ maior ^{est} ²⁵ ape minor
 strabone dictus autem fucus quod alienos labores edat quasi
²⁶ fagus. Depascitur enim quod non laborauit. Idem libro 17,
 capitulo ²⁷ de herbis aromaticis uel communibus: fucus genus herbe
 est de qua tingitur uestis sic dicta quia mentitur alienum
 colorem. ²⁷ Unde et metalla ²⁸ que arte alkymica ²⁸ delato colore
 naturali pretendunt alienum ²⁹ fucata dicuntur, sicut ³⁰ ³¹ cum lamina
 cuprea tingitur aqua que apud alkymicos dicitur perpetua ³¹
 pretendit colorem auri uel argenti secundum diuersum modum
 operacionis in tingendo. Et ideo communiter fucus pro deceptione

a Cf. XII viii, 2-3, ~~XVII ix, 98~~ b XVII ix, 98

- 14 fortitudine Q / 15 que scilicet Q que JR que per P / 16 tibi RO om. PJ /
 17 ea scilicet . . . attribuit om. P / 18 tu om. R / 19 fingas P /
 20 mutata non est OJR non P / 21 intelligo RO intellige J om. P /
 22 fucos id est decep²²ciones OJR fugas P / 23 enim R est OJom. P /
 24 12 (sic) PO li 2.12 R 22 J / 25 est maior RP maior JO / 26 fagus P /
 27 alkymico Q alkymica RJ albanua P / 28 delato Q / 29 pretendit alium J /
 30 dicta Q / 31 sicut cum . . . perpetua J(perpetua que R) om. OP /

32 ponitur cum ueritati aliquid aliud 32 adiungitur. ILLIUS
 33 PRODIGII prodigium secundum Isidorum Ethymologiarum libri
 undecimo 33 capitulo de portentis dicitur quod porro dicat, id 34
 est futura predicat, et quia eueniunt preter solitum cursum
 nature adducunt homines in admiracionem. Unde et fortuna
 prodigium dicitur propter admiracionem multorum que in ea 35
 uidentur. Secundum autem Hugucionem prodigium dicitur 35 quasi 36
 monstrum ad uastandum paratum a prodigo -gis quod est uastare et secundum
 hoc fortuna potest dici prodigium quia uastat animum hominis,
 prospera quidem per nimiam sollicitudinem aduersa uero per nimiam
 desolacionem. (6) ET EO USQUE continuacio: dixi me intelligere
 decepiones Fortune; uere enim homines decipit ET pro id est
 EO USQUE 37 HABET BLANDISSIMAM FAMILIARITATEM CUM HIS QUOS
 ELUDERE 38 NITITUR DUM id est donec CONFUNDET 39 INSUPERATA 40 id est
 preter spem QUOS RELIQUERIT. Deinde cum dicit (9) CUIUS SI
 ostendit 41 non esse difficile reuocare Boecium ab isto statu
 quo scilicet excessiue dolet de amissione fortune prioris.
 Unde dicit 41 CUIUS scilicet fortune SI NATURAM MORES AC MERITUM
 42 REMINISCARE aliquando enim hoc sciusti quamuis modo oblitus

a XLiii, 1-3

32 ueritati aliquid aliud RP ueritate aliquid J ueritate aliquid aliud O /
 33 eth. 41 P / 34 dicite P / 35 propter . . . dicitur om. R / 36 quasi
 monstrum RF monstrum JO / 37 eo usque om. P / 38 deludere PO eludunt R /
 39 donec om. P / 40 insperata PO inspirata R in prosperata J / 41 Ostendit . .
 dicit om. P / 42 renunciare R /

43
 sis NEC HABUISSE TE IN EA PULCHRUM ALIQUID NEC AMISISSE
 COGNOSCES et per consequens pro amissione eius non est dolendum
 SED UT ARBITROR HAUT MULTUM id est non multum LABORAVERIM
 REVOCARE. HEC TIBI IN MEMORIAM quasi diceret labor esset si de
 nouo deberem te docere condiciones Fortune sed reducere tibi
 ad memoriam quod ante nouisti non est laboriosum sed facile et
 per consequens non est difficile reuocare te a statu presentis
 doloris. Et quia oportet illum cui aliquid reducitur in
 47
 memoriam prius habuisse noticiam illius, ostendit per euidens
 signum quod Boecius aliquando nouerat Fortunam contempnendam
 49
 dicens (13) SOLEBAS ENIM ALIQUANDO PRESENTEM scilicet Fortunam
 prosperam BLANDIENTEM QUOQUE VIRILIBUS VERBIS INCESSERE id est
 50
 prouocare EAMQUE INSECTABARE id est prosequeris ostendendo
 EAM contempnendam PROLATIS SENTENCIIS DE ADITU NOSTRO id est
 informatione nostra per quam homo adit ueritatem. Et quia posset
 aliquis mirari, cum Boecius aliquando contempserit et despexerit
 51
 prosperitatem fortune, quomodo mutatus est ut eam desideret et
 52
 de amissione eius doleat, isti tamquam antipophore respondens
 Philosophia dicit (15) VERUM OMNIS SUBITA MUTACIO RERUM NON SINE
 53
 QUODAM QUASI FLUCTU CONTIGIT ANIMORUM. Cuius ratio est quia
 quies animi fit per sedacionem passionum ex moderacione rationis.

43 cognoscis P / 44 haut OJ at haut P hanc R / 45 fortune om. P /
 46 tibi adducere P / 47 prius JP primo RO / 48 memoriam P / 49 solebat P /
 50 uirilibus uerbis OJR uiribus P / 51 quod cum P / 52 est om. P / 53 fluctu PO
 conflictu R confluctu J /

⁵⁴ Moderacio autem rationis requirit deliberacionem et ideo
 mutaciones subite que preueniunt deliberacionem mutant et
 turbant animum. Et sic erat in Boecio, unde dicit (17) SIC
 id est per talem subitacionem FACTUM EST UT TU QUOQUE
 DISCEDERES ⁵⁶ PAULISPER A TUA TRANQUILLITATE. Deinde cum dicit
 (18) SED TEMPUS EST proponit lenia remedia que promisit. Et
 circa hoc duo facit. Primo ostendit cuiusmodi sunt ~~iste~~ ⁵⁷ lenia
 remedia in generali. Secundo proponit ea in speciali ibi (26)
 QUID IGITUR ⁵⁸ O HOMO. Dicit ergo primo SED TEMPUS EST TE
 HAURIRE AC DEGUSTARE ALIQUID MOLLE scilicet quod leniter suadeat
 ATQUE IOCUNDUM scilicet ut cum delectacione accipiatur QUOD
 TRANSMISSUM AD INTERIORA FECERIT VIAM scilicet sedando aliquo
 modo uehementiam doloris VALIDIORIBUS HAUSTIS ⁵⁹ que dabuntur
 infra libro tercio. (21) ASSIT IGITUR ⁶⁰ SUADELA RETHORICE
 DULCEDINIS id est ornata suasio rethoricis coloribus tam in
 prosa quam in metro sed quia, ut dicit Tullius in prohemio
 rethorice prime, 'eloquenciam sine sapientia' ⁶¹ obesse plerumque ⁶²
 prodesse numquam, ^a ideo subiungit (22) QUE scilicet suadela
 rethorice TUNC TANTUM RECTO CALLE PROCEDIT CUM NON DESERIT
 NOSTRA INSTITUTA que scilicet sunt instituta sapientie CUMQUE HAC

a

54 que requirit R / 55 tu om. P / 56 discederes ORP discesceris J /

57 ista lenia OJ / 58 primo RO pro J om. P / 59 haustibus P / 60 suadela P /

61 sapientia animi J / 62 plerisque P / haustibus P /

63 labor RFP om. P / 64 sapientia RFP sapientia animi J /

scilicet rethorica MUSICA LARIS NOSTRI VERNULA⁶³ hoc (enim est)
 una de artibus philosophie UT NUNC LEVIORES NUNC GRAVIORES
 MODOS SUCCINAT. Hec enim duo faciunt concordiam musice scilicet
⁶⁴arsis et thesis id est eleuacio et depressio uocis, concors quod
 fit in metris dum sillabe producte eleuantur et breues
 deprimuntur secundum quandam concordiam proporcionalem. Deinde
 cum dicit (26) QUID EST IGITUR⁶⁵ proponit in speciali remedia
 lenia superius promissa et sunt ista remedia rationes suadentes
 non esse dolendum nec conquerendum de aduersitate fortune.⁶⁶ Et
 circa hoc tria facit. Primo ostendit non esse conquerendum de⁶⁶
 Fortuna, quia naturam suam circa eum seruauit; secundo quia
 Fortuna nichil ei iniuste abstulit prosa secunda ibi VELLE
 AUTEM; tercio quia multa ei bona contulit prosa tertia ibi HIIS⁶⁷
 IGITUR VERBIS. Circa primum duo facit. Primo ostendit Fortunam
 circa eum (suam naturam) seruasse et ideo non est de ea
 conquerendum. Secundo mores et naturam Fortune describit metro
 primo huius secundi ibi HEC CUM SUPERBA. Circa primum ponit
 tres persuasiones quarum secunda incipit ibi (40) AN VERO TU,

63 uermula RJ / 64 arsis RO artis PJ / 65 superius promissa om. P /
 66 de aduersitate . . . conquerendum om. P / 67 bona om. R /

tercia ibi (49) POSTREMO. Racio prime suasionis huiuscemodi est: nullus in mesticiam luctumque deicitur nisi propter aliquid nouum uel inusitatum contingens circa eum. Sed mutacio fortune non est aliquid nouum uel inusitatum, ergo eius mutacio nullum debet deicere in dolorem. Istam primo ponit dicens (26) O HOMO, QUID EST QUOD TE IN MESTICIAM LUCTUMQUE DEIECIT ? NOVUM ALIQUID INUSITATUMQUE VIDISTI supple circa te contingere et quod nouum TU FORTUNAM PUTAS ERGA TE ESSE MUTATAM scilicet recedendo a sua naturali consuetudine ERRAS scilicet hoc putando HII SEMPER MORES EIUS SUNT scilicet ut nunc sit aduersa nunc prospera ISTA NATURA scilicet eius est ⁶⁸ SERVAUIT CIRCA TE PROPRIAM POCIUS ⁶⁹ IN IPSA SUI MUTABILITATE CONSTANCIAM sic enim constans est in mutabilitate quod permanens esse non potest. ⁶⁸ (31) TALIS scilicet mutabilis secundum uices prosperitatis ⁷⁰ et aduersitatis ⁷¹ ERAT CUM BLANDIEBATUR CUM TIBI ILLUDERET ILLECEBRIS id est delectacionibus FALSE FELICITATIS id est prosperitatis non permansure. Secundo ⁷² ibi (33) DEPREHENDISTI super dictis fundat cornutum sillogismum huius per dicta: scis fortunam instabilem in se et mutabilem secundum uices prosperitatis et aduersitatis. Aut igitur ⁷³ commendas hanc naturam Fortune aut reprobas; si commendas, utaris

68 circa te propriam constanciam pocius sui mutabilitate quod constans esse non potest uel permanens R / 69 ipsa PO ipsam J / 70 prosperitates J / 71 erat om. P / 72 argumentum uel sillogismum R / 73 utaris P /

ea et noli conqueri; si reprobas, abice eam non tantum cum
 aduersitate affligit sed eciam cum prosperitate blanditur.
 Dicit ergo (33) DEPREHENDISTI scilicet per experimentum CECI
 NUMINIS AMBIGUOS VULTUS id est fortunam prosperam et aduersam.
 Quare autem Fortuna dicatur ⁷⁴CECUM ⁷⁵NUMEN et quid significetur per
 VULTUS AMBIGUOS quere supra in expositione primi metri primi
 libri. (34) QUE scilicet Fortuna ⁷⁶SESE ⁷⁷VELAT scilicet blandiando
 per ⁷⁸prosperitatem ⁷⁹ADHUC ⁷⁷ALIIS ⁸⁰TOTA scilicet ~~quia~~ quoad
 prosperitatem et aduersitatem TIBI PRORSUS INNOTUIT. SI PROBAS
 scilicet Fortunam id est approbas ⁸¹UTERE MORIBUS; NE QUERARIS.
 SI PERFIDIAM EIUS PERHORRESCIS SPERNE ATQUE ABICE PERNICIOSA
 LUDENTEM id est pernicioso uel nociuo ludo decipientem et bene
 dico quod debes eam abicere. (37) NAM QUE NUNC TIBI EST CAUSA
 TANTI MERORIS scilicet quia non sponte abiecisti eam sed te inuito
 recessit ⁸²HEC EADEM ⁸²ET TRANQUILLITATIS ESSE DEBUISSET scilicet
 si sponte eam abiecisses nec hoc debit tibi esse graue quia

74 cecum est P / 75 significatur P / 76 fortuna om. PJ /

77 adhuc aliis scilicet blandiando prosperitate tota scilicet R / 78 secun-

dum J / 79 ad hunc J / 80 quia quoad OJ / 81 queratis OJ /

XXX 82 tranquillitas P / est quia quoad RP

abiceres eam. (39) RELIQUIT ENIM TE sed melius fuisset tibi
 reliquisse eam QUAM NON scilicet esse RELICTURAM (uel ⁸³ QUA NON
 RELICTA secundum alios libros) ⁸⁴ NEMO UNQUAM POTUIT ESSE SECURUS.
 Sub hoc sensu legit commentator. ⁸⁵ Sic ^{enim} probat quod illa debuit esse
 causa tranquillitatis que est meroris per hoc quod quamdiu Fortuna
 fauet alicui per hoc quod est prospera nullo modo poterit iste esse
 securus, quia est eum relictura, ⁸⁶ sed quando ab aliquo discessit
 securus existit. Non enim eum ^{87 m} que^l reliquit relinquere potest.
 Deinde cum dicit (40) AN VERO TU ponit secundam persuasionem que
 huiusmodi est. Illud non est reputandum preciosum uel carum quod
 non est mansurum sed suo recessu est afflicturum. Sed Fortuna est
 huiusmodi: ergo non ^{est} reputanda ⁸⁸ preciosa uel cara. Quare nec de eius
 perdicione multum dolendum nec de eius adeptione multum gaudendum.
 Dicit ergo AN VERO TU ⁸⁹ PRECIOSAM ESTIMAS ⁹⁰ ABITURAM FELICITATEM ?
 ET CARA TIBI ⁹¹ EST FORTUNA PRESENS scilicet per prosperitatem NEC
 MANENDI ⁹² FIDA ET CUM DISCESSERIT ALLATURA MEROREM quasi diceret
 non deberet estimari preciosa nec esse ⁹³ cara. Et huius assignat
 causam et ⁹⁴ est quia talis felicitas non est nisi indicium future
 miserie. Indicium autem miserie nulli debet esse carum uel
 preciosum. Unde dicit (43) QUOD SI NEC ⁹⁵ EX ARBITRIO id est ad

83 quam J / 84 esse om. P / 85 commentator om. P / 86 sed om. P /

87 quem om. P / 88 nec om. P / 89 estimas OJ existimas RP /

90 habituram RP / 91 esse P / 92 manu diffida P / 93 nec esse OJR uel P /

94 et est OJ om. R etc. P / 95 ex om. P /

libitum uel uoluntatem RETINERI POTEST ET FUGIENS FACIT CALAMITOSOS id est miseros. Secundum enim Hugucionem calamitas idem est quod miseria et dicitur a calamo id est a canna quia inanis est et uacua ad modum canne uel calami. (44) QUID EST ALIUD ISTA FUGAX⁹⁶ QUAM QUODDAM INDICIUM FUTURE CALAMITATIS quasi diceret nichil aliud. Et, quia posset aliquis dicere quod licet sit indicium future miserie tamen bona est dum est presens, hoc excludit dicens (45) NEQUE ENIM QUOD ANTE OCULOS SITUM EST id est solum hoc quod presens est SUFFECERIT⁹⁷ INTUERI; sapiencia enim METITUR EXITUS RERUM id est que in fine euenienda sunt. Unde quia Fortuna est mutabilis de prosperitate presenti in aduersitatem non est prosperitas eius multum diligenda. Similiter quia de presenti aduersitate mutabilis est in prosperitatem non est eius aduersitas multum timenda propter quod dicit (47) EADEM⁹⁸ QUE MUTABILITAS IN ALTERUTRO scilicet tam in prosperitate quam in aduersitate NEC MINAS FORTUNE scilicet aduerse FORMIDANDAS NEC BLANDICIAS scilicet fortune prospere FACIT ESSE EXOPTANDAS. Deinde cum dicit (49) POSTREMO ponit terciam persuasionem huius: quicumque alterius iugo uel dominio se submittit oportet quod patienter modum eius sustineat. Sed homo affeccione temporalium submittit se iugo Fortune: oportet ergo

⁹⁶
~~49~~ aliud ista fugax RO fugax illa P aliud cuius fugax J /

⁹⁷ ~~50~~ suffecerit RP sufficerit J sufficeret O / ⁹⁸ ~~51~~ alterutro RPO
 alterutrum J /

quod mores eius patienter sustineat. Unde sicut iniuste agit qui uult imponere legem domino suo, ita ipse uolens imponere legem Fortune. Dicit ergo POSTREMO id est ad summam EQUO ANIMO OPORTET TOLERES QUICQUID INTRA AREAM FORTUNE id est mundum ubi torquentur homines GERITUR CUM SEMEL IUGO EIUS COLLA SUBMISERIS id est appetendo temporalia tamquam premia meritorum tuorum.

(51) QUOD SI MANENDI LEGEM SCRIBERE id est scribendo imponere VELIS QUAM TU TIBI DOMINAM SPONTE ELEGISTI scilicet in obsequium eius opera tua exercendo NONNE INIURIUS⁹⁹ FUERIS ET IMPACIENCIA¹⁰⁰ id est per impacientiam SORTEM id est fortunam EXAGERBES QUAM PERMUTARE NON POSSIS ? Et hoc probat per similitudinem. (55) SI VENTIS VELA COMMITTERES, NON QUO VOLUNTAS PETERET SED QUO FLATUS IMPELLERENT PROMOVERES. Similiter (56) SI ARVIS SEMINA CREDERES id est committeres FERTILES ANNOS¹⁰¹ INTER SE STERILESQUE PENSARES scilicet et non semper haberes fertiles¹⁰² annos ad uotum. Et a simili (58) FORTUNE TE DEDISTI REGENDUM; OPORTET QUOD OBTEMPERES MORIBUS DOMINE. (59) TU VERO VOLVENTIS ROTE IMPETUM RETINERE CONARIS ? quasi diceret frustra hoc facis. Nota¹⁰³ quod depingebatur antiquitus⁵⁶,

99 -----
 52 iniuritus J / 100 53 inpaciencia J impacientiam RPO / 101 54 annos RPO
 aruos J / 102 55 fertiles POD steriles RJ / 103 56 nota quod depingebatur
 antiquitus G nota quod fortuna depingebatur antiquitus R nota quod
 depingebatur PO nota depingebatur J /

¹⁰⁴ (sicut plenius patet ex dictis libro primo metro primo) ¹⁰⁵ Fortuna
 cum rota hac ratione: quia in rota sunt quattuor diuersitates. Est
 enim una pars rote summa alia infima ¹⁰⁶ tercia descendens a summo ad
 ymum quarta ascendens ab ymo ad summum. Similiter in uolubilitate
 istorum temporalium sunt quidam in prosperitate ¹⁰⁷ summa alii in
 aduersitate summa quidam a prosperitate in aduersitatem ¹⁰⁸ descendentes
 alii de aduersitate ad prosperitatem ascendentes. Unde dictum ¹⁰⁹ est
 'Glorior elatus' scilicet in summitate rote, 'descendo minorificatus'
¹¹⁰ scilicet de summitate ad ymum, 'infimus axe terror' scilicet in
 infimitate rote, 'letus ad alta uehor' scilicet ab ymo ad summum.
 Sic ergo natura et ratio Fortune in uolubilitate consistit. Unde,
 sicut est stolidissimum alicui uelle auferre naturam, sic uelle
 auferre Fortune uolubilitatem. Et ideo dicit ¹¹¹ (60) AT, OMNIUM
¹⁰⁴ MORTALIUM STOLIDISSIME, SI MANERE INCIPIT, FORS id est fortuna ESSE
 DESISTIT. Sicut enim non stant simul quod sit homo et non sit
 racionalis, sic nec stant simul quod sit Fortuna et non sit mutabilis.

¹⁰⁴
⁵⁷ sicut plenius patet . . . at omnium mortalium stolidissime]

usque stolidissime in principio ad principium primi libri at omnium
 mortalium stolidissime P / ¹⁰⁵ ~~58~~ metro primo RO metro secundo J /
¹⁰⁶ ~~59~~ similiter ROG super J / ¹⁰⁷ ~~60~~ aduersitatem ROG aduersitate J /
¹⁰⁸ ~~61~~ unde metrice sic est dictum G / ¹⁰⁹ ~~62~~ descendo minorificatus J
 descendendo minorificatus RO descendo mortificatus G / ¹¹⁰ ~~63~~ scilicet de
RG de JO / ¹¹¹ ~~64~~ fors PG sors RJO /